

Beatissimo Padre

In questo mio ritiramento, avendo con qualche diligentia considerato i quattro novissimi et la vita et passione di Nostro Signore Christo Giesu, et in particolare i miei peccati di tutta la vita, ho trovato fra gl'altri mancamenti miei un timor vano, che ho sempre havuto di non offendere la S^{tà} V., ⁵ se gl'havesse rappresentato quello che mi occorreva intorno al ben commune di Santa Chiesa. Et considerando l'esempio di S. Ambrosio, che con somma libertà avisava l'imperatori, et di S. Bernardo, che con simile libertà scriveva à Papa Eugenio terzo, et, per lassare gl'altri, di Pietro di Soto, che scrisse quella bella epistola à Papa Pio quarto, quale una volta io mostrai alla S^{tà} V. ho preso ardire di mandargli l'incluso foglio, perche vedo che può giovare, et non nuocere, essendo questa una scrittura secreta, quale nessuno ha vista, et la S^{tà} V. la puo stracciare et brusciare, se gli pare che non sia à proposito. Di questo solo la supplico, che mi creda che io ho sempre amata la persona sua dal principio che cominciai à conoscerla, et gl'ho desiderato et desidero somma felicità, non solo in questa vita, che passa come un'ombra, ma molto piu nell'altra, che è eterna. Et con questo fine m'inchino alli suoi santi piedi, baciandoli con ogni humiltà et reverenza. Dal novitiato di S. Andrea, li 13 d'Ottobre 1612.

Di V. S^{tà}

devotissimo, humilissimo et obligatissimo servo

R. Card. Bellarmino.

Alla S^{tà} di Nro Sig^{re}.

(restes de cach)

Arch. Vatic. ~~6911~~ Borghese II, 78 fol. 99. Origin. autogr.

fol. 100-101. Considerationes quatuor ex concilio Tridentino Sess. 23, 24 et 25 (autogr.)

fol. 102 Réponses de Paul V.

Dubia quatuor ex concilio Tridentino.

Ex voto) Reformatio ecclesiae omni tempore necessaria est, quia fragilitas et imbecillitas humana semper labitur in deterius. Sed hoc tempore facile obtineri posset absque novis constitutionibus **5** et^d decretis si concilium Tridentinum diligenter observaretur. Nihil enim fere est cui sancta illa synodus a Sede Apostolica directata et confirmata non providerit. Subiiciam pauca ex multis.

P^o, De multiplicitate beneficiorum, quae odiosa est sacris canonibus, statuit sess.⁴ 28 c.17, Ut ipsi etiam cardinales unico **10** beneficio contenti sint si videlicet ad sustinendam dignitatem sufficiat. Cuius concilii auctoritate motus S^{tus} Carolus Borromaeus renuntiavit omnibus suis beneficiis, excepto archiepiscopatu. Et S.Thom. in quodam quolib. scribit dispensationem in multiplicitate beneficiorum, si absque legitima causa fiat, valere in foro hu- **15** mano, non in divino. Et circa annum Dⁿⁱ 1270 Parisiis habitus est conventus plurimorum excellentium doctorum super hac re et declaratum damnabile esse plura beneficia obtinere. Scribit hoc Thomas Brabantinus episcopus in libro de proprietatibus apum cap. qui eo tempore floruit et addit horribilia exempla in huius rei **20** confirmationem. Denique videtur esse contra iustitiam distributivam et contra cultum divinum. Et tamen contra est quod etiam post concilium generale fere [omnes] pontifices dispens[averunt] in multiplicitate beneficiorum etiam ultra sufficientiam.

2^o De usu ecclesiasticorum reddituum declarat Conc.Trid. sess **25** 25,c.1 debere esse modestam praelatorum suppelletilem et cognatis non licere donare nisi ut aliis pauperibus, ut non egeant vel minus egeant. Et hoc est conforme conciliis veteribus et scriptis SS PP. et ipsi rationi de qua re locutus est S.Bern. in declamatione super illa verba, Ecce nos reliquimus omnia. Contra tamen **30** videmus ab omnibus pene cardinalibus et episcopis ditari cognatos et a multis haberi pretiosissimam supellectilem, et hoc anno coepe-

/ runt videri currus auro multo ornati et coepit luxus augeri.

3° De dispensatione matrimonii in gradibus prohibitis statuit
sta Synodus Sess.28⁴, c.5, ut non detur vel detur raro cum causa et
gratis, et quia concilium non potest imperare summo Pontifici qui
5 est supra omnia concilia, ideo existimandum est concilium declaras-
se veritatem iuris divini et naturalis. Nam dispensare nimis fre-
quenter aut semper est contra naturam legis; lex enim in qua sem-
per est dispensandum non est bona et ideo abrogata. Dispensare au-
tem sine causa dissipatio dicitur. Et cum dispensatio sit usus cla-
10 vium, gratis facienda est, iuxta illud, Gratis accepistis, gratis
date, Matth.28. Et hoc est in eo consilio quod dederunt Paulo III
delecti cardinales et praelati, ut videlicet pro usu clavium nihil
accipiatur. Contra tamen est usus aliquorum Summorum Pontificum,
de quorum actionibus non temere iudicandum est.

15 4° De residentia episcoporum idem concilium statuit Sess.23
c.1, ut etiam cardinales, si episcopi sint, teneantur residere in
suis ecclesiis, et ideo consilium datum Paulo III continebat epis-
copatum et cardinalatum ut incompatibilia. Et Petrus a Soto, vir
sanctus et doctissimus, ex concil. Tridentino, cum esset in articulo
20 mortis, scripsit ad Pium IV Pont., eumque serio rogavit ut non
daret episcopatus cardinalibus, quia residere non solent nisi bre-
vissimo tempore, et ideo obligationi suae non satisfaciunt. Deni-
que Dominicus a Soto de Iust. et Iure lib.9 docet card. episcopum
qui non ut resideat in sua ecclesia numquam venit Romam posse
25 salvari: eum autem qui non assistens Romae Summo Pontifici in nego-
tiis Ecclesiae utilibus non residet in sua ecclesia non posse sal-
vari. Et certe si non potest salvari qui abest ab ecclesia ut ser-
viat Summo Pontifici Christi vicario in negotiis ecclesiasticis,
quid fiet de illis qui quacumque alia de causa non resident in ec-
30 clesia sibi commissa? Ego igitur minimus inter servos domini mei
~~oro supplex eundem Sanctissimum Dominum meum ut consulat saluti~~

/ oro supplex eundem Sanctissimum Dominum meum ut consulat saluti
suae et aliorum. Quid enim prodest homini si universum mundum lu-
cretur, animae vero suae detrimentum patiatur?

In eadem pagina

5 Alia multa sunt in decretis sacri Concilii quae si ad ~~p~~proxin
redigantur, alia reformatione opus non esse t. Cum ego essem Pari-
siis et dicerem optandum esse ut rex eligeretur qui reformationes
Concilii Trid. intra Gallias acceptari peteret, respondit mihi e-
piscopus senior Sylvanelpensis, vir gravissimus et valde pius, Vos
10 Romani urgetis reformationem Concil.Tridentini quam tamen vos acce-
pistis solum verbaliter, non autem realiter. Et subiunxit plura
capita in quibus reformatio concilii Romae non est in usu.

Arch.Vat. 19 Lettere e Miscell. fol.338=339. copie.